

FIGURÆ ad pag. 465.

ICON I.

ABCDEF. Figura vasis destillatorii vera, quæ Cornuta, vel Retorta, dicitur. In qua

ABCD. Sphæra cava, qui venter retortæ.

AF. Tangens hujus sphæras in vertice A.

DE. Recta parallela tangenti AF ducta ex puncto D ubi diameter parallela tangenti sphæram fecat.

*Harum trium Figurarum postrema aptissima.*

ICON II.

ABCDE. Vas destillatorium pro fixissimis, ut Phosphoro, &c.

ICON III.

ABCDEFGH. Cantharus, in furno locandus situ horizontali ita, ut collum cum orificio paulum emineat.

IKLM. Frustulum cylindricum cavum, quod recipi potest in orificio HG canthari, uno suo extremo IK. dum altero LM immitti potest orificio ON ampullæ recipientis destillantia.

ONPQ. Ampulla maxima vitrea, quæ horizontali situ locata, ore suo ON excipit extremum LM frusti cylindrici.